

Joannis Dantisii Sigismundi pri:
mi regis Poloniae apud Carolum quin:
tum caesarem oratoris

75

Quam sit Sarmaticis orator gratus ab oris,
Imprimis domus in qua manet, arcta probat.
Et probat hoc, quod eum non vult admittere caesar
In nonum trahitur iam sua causa diem.
Regius o caesar si non honor, et sacra iura
Sanguinis, et si te vincula nulla movent;
Inclinata tamen te nunc respublica flectat
Ob quam tam duram per mare fecit iter,
Si nescis, Hunni patiuntur, idemque Poloni,
Commune exitium non procul esse timent.
Quod si coniderint: Dii talem avertite casum!
Post se quod reliquum est, ista mina trahet.
Est grave de iis audire tibi, graviora profecto
Facta videbuntur, nunc quibus esset opus
Nunc poteris teneras si vis extinguere flammam,
Posthac dum crescit nulla iuvabit aqua.

Te wiersze Dantisius napisat w r. 1522. przy koncu
Grudnia, gdy byl w Hiszpanii u Karola V. Cesarza. Wspor-
mina o nich w listie do Tomickiego pod Datą 6. Januarii 1523.

